

Handwritten Latin text on a manuscript page with musical notation. The text is written in a Gothic script on four-line red staves. The lyrics are: **ut in ore eorum omnia in** **tra ut nominum sanctificationis su** **um** **per ben** **quatum alle** **luia** **plena** **gratiae et**





ov

Recht in der

10

U. g. 17, 9





Collegii nostri Justiniani

DISPUTATIO II.

De

TUTELIS,

Qua

D. T. O. M. A.

In Celeberrima VVittebergensi Academia  
Electoral.

Magnificæ & Amplissimæ Facultatis Juridicæ  
permissu ac consensu.

PRÆSIDE


Dn. JOACHIMO REINEC-  
CIO MAGDEBURGENSI.

ET RESPONDENTE,

HIERONYMO GEORGIO von der Osten/  
Nobili Megapolitano.

Ad ventilandum Dominis Collegis proponatur

Die 19. Februar. horis 5 loco consuetis.



WITTEBERGÆ,

Ex Officinâ Typogr. GEORGII MÜLLERI.

ANNO c1o 1o c XXXI.





Collegii nostri Jurisiani

Disputatio 12

TUTTILIS

D. T. O. M. A.

Magister & Auditor in Universitate Althamburgensi

Magister & Auditor in Universitate Jurisica

DR. JOACHIMIO RITINEC

CIO MAG. G. B. B. G. E. N. S. I.

HIERONIMO GEORGIO VON DER DRIV

ad veritandum de iure legum promissum

WITTEBERG

Ex Officina Typogr. Georgii Meißneri

Anno 1731







I. N. I.

## Prooemium.

**M**ultum de necessitate tutelæ ingenti præmittere, utilitatemq; ejus maximam bracteatis verbis efferre, non necessarium esse arbitramur, siquidem alias id cuilibet notum est, quod Imperator noster ait: Impuberem in tutela esse, naturali juri esse conveniens, quò is, qui perfectæ ætatis non sit, alterius tutelâ regatur, *S. impubes 6. Inst. de Attil. tut.* Nihilq; in usu ferè eâ est frequentius ac celebrius.

### THESIS I.



Um enim homonymia ubiq; accuratè sint distinguenda, ne error, cujus genetrix semper æquivocatio dicitur, exinde oriatur, non inconueniens erit, si prius significationes voculæ hujus Tutelæ à nostra tractatione alienas separando removeamus. Accipitur enim interdum latè non tantum pro qualibet protectione ac defensione rerum animatarum, uti in *l. ut vim 3 ff. de just. & jur.* ob tutelam corporis sui, *l. hoc edictum 1. ff. de minorib.* in qua Prætoris edictum reperitur propositum, quo tutelam minorum suscepit. Sed etiam conservatione, refectione ac reparatione, cujuslibet rei inanimatæ, quemadmodum videre est, in *l. quod dicitur 15. ff. de impens. in res dol. fact.* de necessaria tutela rerum dotalium.

A 2

*l. fructus*



*l. fructus 7. § impendi autem 16 ff. solut. matrimon. de tutela ædificiorum, l. quidam in testamento 30 ff. de legat. 2. de legato, ad tutelam viæ &c. Verum hoc in loco strictè pro Patrocinio istiusmodi, quod tutor pupillo suo præstat atq; exhibet.*

II.

Consideratur autem Tutela ita accepta dupliciter, quatenus scilicet jus est in personam, & quatenus rerum administrationem respicit, quasiq; contractibus annumeratur § *tutores 2. inst. de oblig. quæ quas. ex contract. nasc. l. si quis 5. §. tutela 1. ff. de oblig. & act.*

III.

Secundum priorem considerationem ea definitur: Quod sit vis ac potestas in capite libero, ad defendendum eum, qui se propter ætatem suam spontè defendere nequit, jure civili data ac permessa §. *est autem 1. Inst. de tutel. l. tutela 1. in princ. ff. eodem.*

IV.

Solent hic ab interpretibus quæstiones moveri: Annè in definitione propositâ pro vocabulo vis, potius legendum sit Jus? Item pro his verbis; in capite libero, in caput liberum? Et num prædicta verba referenda sunt ad pupillum, an verò ad tutorem, an pariter ad utrumq;: Similiter an hæc verba: Jure civili data ac permessa; rectè definitioni sint inserta, annè magis ut superflua expungenda, quemadmodum voluit *Herm. Vult. ad d. §. 1. n. 6. inst. de tut.* Verùm cum eadem fermè λογικῶς contineant, iis supersedebimus.

V.

Est verò Tutela, quatenus apud Romanos usitata est, non, uti quidam volunt, ratione materiæ & Originis juris gentium, ac ratione formæ juris civilis, absurdum siquidem est, formam quæ dat esse rei, seu per quam res est id, quod est, ipsâ re esse posteriorem ac recentiore, sed tam quoad originem, quàm quoad formam juri civili adscribenda, *d. §. est autem 1. inst. & d. l. tutela 1. ff. de tut.* Ideoq; mediâ capitis diminutione tutoris extinguitur, §. *sed & 4. inst. quibus mod. tut.*  
*fin.*



fin. l. tutelas etiam 7. in pr. ff. de capit. minat. cum tamen per  
eam tantum quæ juris civilis non quæ juris naturalis & gen-  
tium sunt amittantur l. inter pœnas 6. in pr. ff. de interd. & releg.  
l. rei capitalis 2. & l. sunt quidam, 17. §. 1. ff. de pœn. l. eas obliga-  
tiones 8. ff. de cap. minut.

VI.

Dividiturq; in Testamentariam, legitimam ac Dativam  
pr. & rubric. inst. de legit. Agnat. tut. & tit seqq. pr. inst. de Attil.  
tut. l. generaliter sancimus 52. in pr. C. de Episc. & Cler. Quam-  
vis quidem omnes tutores possint dici Dativi generaliter,  
quia dantur à lege vel simpliciter & immediatè, quales sunt  
legitimi vel permissivè, quales sunt cæteri, §. est autem 1. Inst.  
de tutel. l. tutela 1. in pr. ff. eodem.

VII.

Testamentaria Tutela est, quæ in testamento vel Codi-  
cillis testamento confirmatis, constituitur l. testamento 3. in pr.  
l. si hereditas 10. l. cum Codicillis 34. ff. de testam. tut. vel alia  
qualibet ultimâ voluntate, l. neq; per epistolam 2. C. de confirm.  
tut. Et l. 12. tabul, tantum parentibus conceditur, ut liberis suis  
impueribus, quos in potestate habent, testamento tutores  
dare queant, §. permissum est 3. Inst. de tut. l. 12. tabul. 1. in pr. ff.  
de testam. tut. l. verbis legis 120. ff. de verb. significat. l. ut ne 1. §.  
sunt quidam 1. ff. de confirm. tut.

VIII.

Matri itaque, quia liberos in potestate non habet §. fœ-  
mina 10. Inst. de adopt. l. mulierem 5. C. eodem hoc non concedi-  
tur, nisi eos simul hæredes instituerit, & tunc in rem potius,  
quam in personam dati intelliguntur l. pater 4. ff. de test. tutel.  
l. mater 4. C. eodem. Insuper quoq; Magistratus confirmatio  
accedere debet, cum alias est illegitimus l. peto Lucii Titii 69.  
§. mater 2. ff. de legat. 2. l. mulier 2. ff. de confirm. tut. l. testamen-  
to 1. C. eodem.

IX.

Eodem quoq; modo Pater filio suo emancipato si tuto-  
rem testamento dederit, is à Magistratu confirmandus erit,

4 3

§. sed





§. sed & §. inst. de tut. l. si filio 6. ff. de confirm. tut. Sed in eo dif-  
fert hic à priori tutore dato; Quod hic semper confirman-  
dus sit sine inquisitione morum scil. fidei & facultatum, d. §.  
Inst. & d. l. 6. Ille verò non nisi ex inquisitione, an persona  
apta sit, l. Pater 4. ff. de test. tut. l. ut ne 1. §. sunt quidam 1. &  
seq. mulier 2. ff. de confirm. tut. Deindè quod hic in personam  
potius non in rem uti ille constitutus videatur, d. l. pater 4. ff.  
de test. tut.

X.

similiter pater naturalis, quamvis filio suo naturali,  
cum cum in potestate non habeat §. aliquando autem 13. instit.  
de nupt. l. fin. C. de natural. lib. firmiter tutorem testamento con-  
stituere nequeat, si tamen ex singulari affectione dederit,  
confirmabitur, non verò citrà inquisitionem l. naturalibus 4.  
C. de confirm. tut. l. si pater 3. C. quand. mul. tutel. offic. fung. Nov.  
89. C. 14. idq; procedit, si certam partem hæreditatis ipsi re-  
liquerit, alioquin frustrà datur, l. naturali 7. in pr. ff. de confirm.  
tut.

XI.

Sic quoq; Patronus Patruus & quilibet extraneus alicui  
tutorem dare potest, si illum hæredem instituerit, qui semper  
confirmandus est generaliter, si inquisitio præcesserit, cum  
extra ea quæ relicta sunt nihil in bonis habet, l. ut ne 1. §. et si  
2. l. si Patronus 4. ff. de confirm. tut. l. qui tutelam 28 §. impuberi  
liber 2. ff. de test. tut. l. Neseñnius 32. ff. de excus. tut. aliàs tan-  
tum quoad administrationem rerum relictarum arg. l. pater  
4. l. si tamen 15. ff. de test. tut. l. pupillo 27. in pr. ff. de tut. dat. ab  
his qui his dand. l. propter litem 21. §. licet 2. ff. de excus. tut. l. natuo-  
ralibus 4. C. de confirm. tut. l. si pater 3. C. quand. mul. offic. tutel.  
Nov. 89. c. 14.

XII.

Tutores istiusmodi, qui ita in testamento dati ac à Ma-  
gistratu confirmationem acceperunt, non dativis uti Cujac.  
lib. 7. observ. cap 7. & in paratit. C. de confirm. tut. Herm. Vulte.  
ad §. 2. n. 3. Inst. de tut. Treutl. volum. 2. disp. 8. thes. 2. l. C. sta-  
tuunt, sed rectius testamentariis annumerantur, idq; patet  
ex ordine rubricarum, deinde quia sunt ex mente testatoris  
& ejus



& ejus iudicium habere dicuntur *l. testamento 1. l. si ut proponis 3. C. de confirm. tut.* porro quia confirmatio non est datio, *l. lege obvenire 130. ff. de verb. signif. l. tutor. 20. §. testamento unico ff. de testam. tut. l. & quia 6 ff. de iurisdic.* Confirmatur etiam ex eo, quod hic legitimo præferatur dativus verò semper legitimo postponitur *pr. inst. de Attil. tut.* Nec obscure hoc approbare videtur Julianus *l. qui à patre 3. ff. de confirm. tut.* ubi dicitur, quod talis confirmandus sit ad tutelam gerendam, perinde ac si testamento tutor esset.

#### XIII.

Cum in Tutoris datione hæc consideranda sint, an hic dederit, qui dare potuerit: & ille acceperit, cui fuerat dandus: Et an ille datus sit, cuius dandi facultas erat, *l. naturali filio 7. §. si queratur 1. ff. de confirm. tut.* & de priore dictum, proximum erit, ut paucis personas indicamus, quibus firmiter & legitime pater tutorem dare potest; sunt autem ex liberi impuberes quos in suis hæredibus cum moritur habuit, habiturusvè esset, si vixisset, § *permissum 3. inst. de tut. l. lege 1. in pr. & §. item 1. ff. de testam. tutel. l. quo tutela 73. ff. de R. l. etiam si hæredes non sunt instituti sed exhæredati, d. l. 1. lege pater 4. & l. si nemo 19. §. testam. 2. ff. de test. tut.*

#### XIV.

Qui itaq; nepoti in patris potestatem recasuro tutorem scripserit, nihil agit, adeò, ut Magistratus confirmatione accedente, quæ tamen in aliis casibus, si minus jure datus est, haud parum operatur *l. pater 4. ff. de test. tut. l. ut ne 1. §. sunt quidam 1. ff. de confirm. tut.* legitimari nequeat, siquidem filius familias tutorem habere nequit, *pr. inst. de tut. l. muto. 6. §. ei cuius 4. ff. eodem l. in questione 13 §. minores enim 2. C. de sentent. pass. & rest. nisi parens legitimæ administrationis incapax sit, l. si furioso 16. §. potuit 2. ff. de curat. furios. & ali. d. l. in questione 13. §. 2. C. de sentent. pass. & restit.* Cum incivile sit, eos qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscuntur, & ab aliis seguntur, alios regere ac defendere, § *item major 13. Instit. de excus. tut. l. nemo fin. C. de legit. tut.* Vel filius exhæredatus, nepos hæres institutus sit, *d. l. si furioso*



furiſo 16. §. potuit 2. ff. de curat. furioſ. quia eo caſu Nepoſ fit  
avo ſuus hæreſ, ſuitate in filio per exhæredationem exſtinctâ,  
l. filium 20. §. videamus 1. ff. de bonor. poſſ. contra tab. l. inteſtati 1.  
§. conſanguineoſ 10. ff. de ſuiſ & legit. hæred. l. qui in aliena 6. §. ſed  
ſi 6. ff. de acquir. vel omitt. heredit. cui quiſ tutorem teſtamento  
dare poteſt l. lege 1. §. item 1. ff. de teſt. tut. l. quo tutela 73. §. ne-  
mo 1. ff. de R. I.

XV.

Interdum tamen ſupra dicta tutoriſ datio convaleſcit,  
contra vulgarem regulam, quod initio vitioſum eſt, tractu  
temporiſ &c. l. quod initio 29. ff. de R. I. ſi ſcil. filiuſ prædeceſ-  
ſerit, vel alio modo patriſ poteſtate exierit, & nepoſ in locum  
filii vivo avo ſuo ſucceſſerit, l. lege 1. §. item ſin. ff. de teſt. tutel.  
ita tamen ut teſtamentum non rumpatur irritumvé fiat, l. ſi  
hereditaſ 10. §. qui filium 2. ff. de teſt. tutel. Siquidem tunc ever-  
ſâ inſtitutione nihil valet ex hiſ quæ teſtamento ſcripta ſunt,  
pr. inſt. de hæred. quæ ab inteſt. l. filio præterito 17. ff. de injuſt. rupt.  
& irrit. fact. teſtam. l. ſi nemo 9. ff. de teſtam. tut. Secuſ verò ho-  
die ſi per quærelam inofficioſi teſtamentum reſcindatur, cum  
tantum quoad ſolam inſtitutionem per eam evacuetur teſta-  
mentum, reliquiſ ejuſ capituliſ firmiſ manentibuſ Auth. eſſ  
cauſa C. de liber. præſ. Nov. 115. cap. 3. in ſine.

XVI.

Dari poſſunt tutores omneſ qui teſtamenti factionem,  
paſſivam habent, l. teſtamento 21. ff. de teſtam. tutel. pr. inſt. qui  
teſtam. tut. dari poſſunt, nec ſpecialiter tutelam gerere reperi-  
untur prohibiti, uti ſunt muliereſ &c. de quibuſ infra theſ.  
45. Et ſervuſ quoq; tam propriuſ quam alienuſ rectè tutor  
dari poteſt, ac ſervuſ propriuſ, etiamſi libertaſ adjecta non  
eſt tamen tutor fit, libertatemq; ipſam directam, non ſaltem  
effectu uti quidam opinantur, conſequitur § ſed & 1. inſt. qui  
teſt. tut. dari poſſunt, l. quidam 5. C. de neceſſar. ſerv. hæred. inſtit.  
arg. §. libertaſ 2. inſt. de ſing. reb. per fid. comm. Quia enim voluit  
teſtator, ſtatim ut poſt obituſ ſuū filiuſ tutorem haberet,  
voluiſſe quoque eum, non dubitatur, ut ſtatim ſervuſ liber-  
tate



tate petiretur; Concesso enim uno omnia concessa videntur, sine quibus id expediri non potest, *arg. l. cui jurisdictio 2. ff. de jurisdict.*

#### XVII.

Alienus autem Servus, etsi purè inutiliter tam cum libertate quam sine illa testamento tutor datur, nimirum si simpliciter eum & purè tutorem esse voluerit, §. *sed & 1. inst. qui test. tutor. dari possunt*, tamen si obscura est, ipsius sententia semper conditio hæc: SI LIBER ERIT, inesse creditur, fidei commissariamq; libertatem, etiamsi istius libertatis mentio facta non sit, & pupilli & publicæ utilitatis favore nanciscitur, *l. si hereditas 10. §. servus alienus 4. ff. de test. tutel. l. si pupillorum 5. C. eodem l. et si 9. C. de fid. commiss. libertat.* Redimendus igitur est Servus à Domino, atq; ita manumittendus, *d. l. si pupillorum 5. C. de test. tutel.* Invitus autem eum vendere compelli nequit, *l. nec emere 16. C. de jur. deliberand. l. invitum 11. C. de contrah. empt. nisi ex testamento aliquid acceperit, §. libertas 2. inst. de sing. reb. per fideicom. relict. l. post legatum 5. §. si servum 4. ff. de his que ut indign. auf. l. Julianus 40. in pr. ff. de manumiss. test.*

#### XVIII.

Sed in his duobus casibus videlicet cum libertatis datio omissa est, necessariò requiritur, & sciat testator, eum, quem tutorem in testamento denominaverit, servum esse, alioquin si errore ductus arbitratus est ipsum esse liberum inutilis erit datio, neq; libertatem multò minus, quia Servus tutor esse nequit, *l. in servili 7. C. qui dare tut. vel Curat. poss. tutelam adipiscetur, §. sed & 1. inst. qui test. tut. dar. poss. l. si quis 22. ff. de test. tut. l. generaliter 24 §. si quis 9. ff. de fid. comm. libertat.* Quia deficit hic voluntatis conjectura testatoris, nihilq; magis ei contrarium est, quam error, *l. si per errorem 15. ff. de jurisdict.*

#### XIX.

Deficiente tutelâ testamentariâ, de quâ hæctenus dictum, proxima est tutelæ legitimæ καὶ ἐξουσίω sic dictæ ratio, quæ ita definiri potest. Quòd sit talis tutelæ species, quæ

B

ab



ab intestato ex *leg. 12. tabul.* vel alia juriscivilis parte, eandem vim habente, personæ idoneæ defertur, quæ ipsi pupillo intestatò morituro in successione erit proxima, *in pr. inst. de legit. agnat. tutel. tit. inst. de legit. Patron. tutel. l. legitima 1. ff. de legit. tut. l. quo tutela 73. in pr. ff. de R. I.*

XX.

Est verò prædicta tutela non uniusmodi sed in quatuor species subdividitur. Agnatorum scil. Patronorum, Parentum, & Fiduciariam.

XXI.

Legitima Agnatorum tutela est, quæ *l. 12. tabul.* ad proximos Agnatos integri juris *l. ad agnatos 2. C. de legit. tutel. devolvitur, pr. inst. de legit. agnat. tutel. l. legitima 1. in pr. ff. de legit. tut.* Non vocabantur itaque hoc jure cognati, cum neq; ad hæreditatem admittebantur, *pr. inst. de success. cognat. l. hæc bonorum 1. ff. unde cognat. sed soli agnati suis hæredibus deficientibus, pr. inst. de legit. agnat. success. l. intestati 1. §. post suos 9. & l. post consanguineos 2. ff. de suis & legit. hered. l. pronuntiatio 195. §. familia 1. ff. de verb. signif.* Cum autem hoc jus nonnihil immutatum, omneq; discrimen inter agnatos & cognatos, non tantum quoad successionem ab intestato, sed etiam tutelam, sublatum est *Auth. sicut C. de legit. tut. Nov. 118. cap. 4. & 5.* merito hodiè cognati legitimis tutoribus annumerantur, quia promiscuè & indifferenter secundum gradus tamen & ordinis prærogativam eâ funguntur.

XXII.

Nostri tamen moribus uno casu legitima agnatorum tutela antiqua usitata est, videlicet inter Electores ex Aurea Bulla Caroli IV. quod singulare est, quâ proximus agnatus hæredis Electoralis impuberis usq; ad decimum octavum ætatis annum tutor constituitur. Rubrica de successione Principum Electorum tit. 7. vers. Et talis successio. Quod ad reliquos principes vix extendendum erit, *arg. l. quod verò 14. ff. de leg. l. quod contra 141. ff. de R. I.* Nihilq; enim stare prohibetur, quod expressè mutatum non reperitur, *l. precipuus*



pimus 32. §. quicquid 6. C. de appell. & consult. cap. cum expediat  
29. de elect. & elect. pot. in Sexto.

XXIII.

Porro eæ personæ, etiamsi fratres essent, quæ per capi-  
tis deminutionem minimam jus agnaticum amiserant, §. sed  
agnationis 3. inst. de legit. agnat. tut. eodem modo vocabantur,  
neque ad successionem, §. qua parte 1. inst. de success. cognat. l.  
legitimis 5. ff. unde cogn. neque ad tutelam l. tutelam 7. in pr. ff. de  
cap. minut. l. legitimos 5. §. si legitimus 5. ff. de legit. tut. l. ad agna-  
tos 2. C. eodem. Quod utrumq; postea primò constitutione  
Anastasio immutatum est, & constitutum, ut fratres emanci-  
pati, tam ad legitimam fratrum successionem, quam ad tute-  
lam unà cum fratribus integri juris constitutis admitterentur  
l. nè lucrum 5. C. de curat. furios. vel prodig. §. qua parte 1. inst. de  
success. cognat. ubi uti in l. frater 4. C. de legit. tut. constitutionis  
mentio fit, quam non existare quidam arbitrantur, quæ tamen  
habetur in l. si ab eo 11. C. de legit. hered. In qua supra dicta  
expressè cauta reperiuntur, & planè istiusmodi fratres in om-  
nibus pro legitimis habentur. Quod postmodum D. Justi-  
nianus ad fratrum emancipatorum liberos extendit, l. memi-  
nimus 15. §. cum igitur 1. C. de legit. hered. tandem, ultimâ quasi  
manu ab eo admotâ, jure novissimo introduxit, ut omnes  
agnati & cognati, nullo sinitatis & emancipationis nec non  
agnationis & cognationis discrimine, uti etiam supra dictum,  
quoad successionem & per consequens quoq; quoad tutelam  
habito, admitti debeant, d. Nov. 118. cap. 4. & 5.

XXIV.

Cum in proximâ præcedenti thesi de minimâ capitis  
diminutione dictum est, obiter hic notari potest, quod eman-  
cipatio, quæ mortalitati comparatur l. si ita 15. ff. quand. dies  
legat. cedat, l. Gallus 29. §. & quid 5. ff. de lib. & posth. hered. in-  
stituend. uti olim ita etiam & hodiè, quamvis non amplius  
per imaginarias venditiones liberi in servilem causam l. libe-  
ros 3. ff. de capit. minut. deducuntur, sed vanæ istæ solennita-  
tes & observationes sublatae sunt ab Imp. Justiniano §. præ-  
terea 6. inst. quibus mod. jus Patr. pot. solv. l. cum inspeximus 6. C. de



*emancip. liber. sic capitis diminutio, non tantum propter expressa verba § minima 3. inst. de capit. diminut. sed etiam quia per illam prior status mutatur, §. prererea 6. inst. quib. mod. jus patr. potest. solvitur l. si superstite 5. C. de dol. mal. idq; capitis diminutionem infert, pr. inst. de capit. diminut. l. capitis 1. ff. eodem.*

XXV.

Quid verò de adoptione in specie sic dicta dicendum sit, non minùs dubietate caret: Et quidem jure antiquo unamquamq; importasse capitis deminutionem, elucet ex eo, quod illa eodem modo quo emancipatio per tres imaginarias venditiones & duas manumissiones in filiis, vel unam emancipationem, id est venditionem in cæteris liberis procedebat, *l. veteres fin. C. de adopt. simulq; per eam in patris adoptivi familiam ac potestatem transferebantur §. sed hodie 2. inst. de adopt. l. cum in adoptivis 10. in pr. C. eodem, jure vero moderno ea pro capitis diminutione habenda videtur, cum parens naturalis filium suum non extraneo, sed avo materno vel paterno aut alii ascendenti, dum ipse prius quoquo modo de patris potestate exierit, in adoptionem dederit, siquidem tunc & familia & potestas mutatur, ac in patrem adoptivum transfunditur, *d. §. 2. inst. & l. 10. C. de adopt. quod minimam capitis diminutionem constituit, l. capitis fin. ff. de capit. minut.**

XXVI.

Secunda species subdivisionis est Patronorum: Quæ Patronis in libertos suos impuberes competit. Atq; etiam legitima vocatur, *rubric. & tit. inst. de legit. Patron. tutel. l. tutela 3. in pr. ff. de legit. tut. etiam si non directè ex ipsius verbis leg. 12. tabul. descendit, sed saltem ex mente & sententia ejus, cum utrumq; rectè dicitur legitimum, tam quod ex mente ac sententia est, quam quod ex verbis legis, l. nominis 6. §. verbum 1. ff. de verb. signif. l. non dubium 5. C. de leg.*

XXVII.

Pro patrono autem hoc in loco accipitur, non tantum  
is quò



is qui manumisit sponte vel compulsus, ex causa quadam  
*l. tutela 3. §. ergo 1. & seq ff. de legit. tut. vel qui propter rem  
judicatam vel jusjurandum vel alia ratione inter eos com-  
putantur l. adoptivum 8. §. patronum 1. ff. de in jus vocando, sed  
etiam liberi ejus, quamvis sint emancipati, l. filius 9 in pr. ff.  
de jur. patronat. ad quos post obitum manumissoris tutela per-  
tinere incipit, d. l. tutela 3. §. sed si 6. ff. de legit. tut. tit. inst. de  
fiduc. tutel. vers. at qui patrono. Non autem parentes manumis-  
soris l. licet 58 §. paternos 1. ff. de verb. signif. l. servum 8. ff. de  
jur. patron. nisi servus fuerit peculiaris l. filius familias 13. ff. de  
jur. patron. l. servos 2. C. qui manumittere non possunt.*

XXVIII.

Ad exemplum hujus tutelæ legitimæ jure feudali intro-  
ductum esse videtur, ut Dominus senior, si, relicto filio im-  
pubere vasallus moritur, nulliq; Agnati vel simultaneè inve-  
stiti, qui in feudis succedant, adsunt, hoc munere oneretur,  
ad quem feudum est reversurum, arg. tit. de success. fratrum  
vel grad. succedent. in feud. II. lib. 2. Feudor.

XXIX.

Tertia species est Parentum: Quam parens suscipere  
compellitur, si filios suos impuberes emancipaverit. Quæ  
proprie legitima non est, si quis eam legitimam vocabit, quæ  
est ex leg. 12. tabul. sed vicem legitimæ obtinet, uti dicitur  
in l. tutela legitima 3. §. si parens 10. ff. de legit. tut. Cæterum  
postea receptum est, ut & hæc tutela ad exemplum superioris  
patronorum legitima nuncuparetur, inst. de legit. parent. tutel.  
l. si superstite 5. C. de Dolo malo. Quia ex novis legibus descen-  
dit, tutoresq; non fiunt ex testamento neque dantur à magi-  
stratu sed ipso jure uti reliqui legitimi existunt, l. legitimos 5.  
in pr. ff. de legit. tut.

XXX.

Quarta & ultima tutelæ legitimæ species dicitur Fiduci-  
aria rubric. & tit. inst. de fiduc. tut. l. quo defuncto 4. ff. de legit.  
tut. exindè quia propter fiduciam fidei & diligentia de istis  
personis, quibus defertur est introducta arg. l. liberto 31. §.



*penult. ff. de negot. gest.* Quæ competit liberis patris defuncti perfectæ ætatis in liberos impuberes ab eodem parente emancipatos. Et ex iisdem in proximâ præcedenti thesi alio legis rationibus legitima appellatur, *l. frater emancipatus 4. C. de legit. tut.* quamvis etiam ipsa æque ac superior neq; verbis neq; mente *leg. 12. tabul.* introducta reperitur.

XXXI.

Pertinet autem hæc tutela non tantum, uti quidam arbitrantur falluntur, ad fratres, sed etiam ad patrem, si scilicet avus nepotem vel pronepotem impuberem emancipaverit, & deinde è vivis excefferit, propter expressa verba: SI FILIUM VEL FILIAM MANUMISERIT, NEPOTEM VEL NEPTEM, & paulò post FIDUCIARIII TUTORES FILIORUM SUORUM EFFICIUNTUR, *tit. inst. de fiduc. tut.* Et patrum quoque, si quis relicto fratre & filio impubere emancipato decefferit, propter verbum ET CÆTERORUM quod in *d. tit. inst.* reperitur, ac *l. frater 4. C. de legit. tut.* exprimitur, qui dicto vocabulo cæterorum complectuntur.

XXXII.

Sed hujus ut & legitimæ parentum tutelæ usus hodiè nullus est, ex eo quod ex constitutione justiniani cognatorum & agnatorum differentia est sublata, uti dictum est tam quoad tutelam quam quoad successiones, *Nov. 148. cap. 4. & 5.* Constat autem emancipatum agnatum manere & post capitis deminutionem cognatum, *arg. l. capitis deminutione 3. ff. unde cognat.* Deinde cum cognatio agnationi inest, *l. inter agnatos 5. in pr. ff. unde legit. nec,* cum sit juris naturalis, actu emancipationis civili tollitur, *§. fin. inst. de legit. agnat. tutel. l. jura sanguinis 8. ff. de R. I.*

XXXIII.

Quando plures sunt agnati non eodem gradu constituti proximior ad tutelam vocatur, *§. fin. inst. de capit. deminut. l. si plures 9. ff. de legit. tut. Nov. 118. cap. 5.* Sed si proximior agnatus est minor, sequens verò major, an tunc tutela ad eum remotiorem, an verò ad dativum pertineat, non eadem omnium hac de re est opinio, communiter tamen concluditur, quod si agnatus proximior minor sit, & major prius fi-

eri



eri potest, quam impubes, de cujus tutela quæritur, in suam tutelam perveniat, tunc locus sit dativo tutori *l. non solum 10. §. si libertus 7. & gloss. ibidem ff. de excus. tut.* qui interea tutelam gerat, donec ipse legitimus ad gerendam tutelam idoneus fiat, *l. si tutor 9. §. si duobus 1. ff. de tutel. & rat. distra.* Sed si de eo spes non est, quod possit effici major, statim sequens agnatus ut legitimus tutor admittatur.

XXXIV.

Cessat autem hæc legitima tutela, quamdiu testamentaria speratur, ideoque si sub conditione vel die tutor datus est, intermedio tempore alius tutor detur, *l. si quis 11. pr. ff. de test. tutel.* Et si in testamento tutor unicus constitutus postea sese excusasset vel ut suspectus remotus esset, tamen tutela non ad legitimum devolvitur sed in locum ejus alius dandus est, *d. l. si quis 11. §. & si 1. cum seq. ff. de test. tutel.* si vero in vivis vel in civitate esse defierit, eo casu legitimo locus erit, *d. l. 11. §. quod si 3. ff. de test. tutel. l. tutela legitima 3. §. non tantum 9. & l. intestato 6. in fine ff. de legit. tut.* Non idem juris autem obtinet, si plures dati sunt, tunc enim, nisi omnes vitam & civitatem amiserint in locum quoquo modo deficientium, non legitimi, sed dativi succedunt, *d. l. si quis 11. §. fin. ff. de test. tutel.*

XXXV.

Sequitur tandem Tutela dativa proprie sic dicta, ideo quia olim Romæ à Præatore vel præfecto urbi, *l. Titius 45. §. Rome 3. ff. de excus. tut.* In Provinciis à Præsidibus & aliis quibusdam eo munere fungentibus, *l. sive Proconsul. 1. in pr. & §. legatus 1. ff. de tut. & curat. dat. ab his, qui jus dand. hab. §. sed hoc 4. inst. de Attil. tut.* moribus vero nostris, mutatâ Reipublicæ formâ, à quolibet Magistratu Municipali & judice Civitatum ea indistinctè datur, ordinatione Polit. Caroli V. Augustæ Anno 1548. promulgata, & à Rudolpho II. Francofur. an. 1577. approbata tit. von der Pupillen vnd minder jârigen Kindern Tutorn vnd Vormunden 32. v. wiewol in gemein/ quæ ita describi potest, Quod sit Tutela, quæ permissu legis pupillo à Magistratu constituitur, *l. sive Proconsul. 1. §. quod autem 2. l. jus dandum 3. ff. de tut. & curat. dat. ab his qui jus dand. habent.*



## XXXVI.

An autem hoc jus dandi tutoris, quod Magistratui competit, sit jurisdictionis, aut imperii haud exigua est contentio; & quamvis plurimi inveniuntur statuentes, tutelæ dationem jurisdictioni esse adscribendam, speciosisq; argumentis nituntur, probabilius tamen est, eam specialiter lege Scto vel Principis constitutione alicui deferri, *l. juridico fin. ff. de offic. jurid. Alexand. l. sive proconsul. i. ff. de tut. & curat. dat. ab his, qui jus dand. habent*, porro textus opinionem hanc confirmans valde perspicuus ac dilucidus reperitur in *l. tuto 6. §. tutoris 2. ff. de tutel. ubi Jctus Ulpianus dicit, tutoris datio neq; Imperii est, neq; jurisdictionis, sed ei soli competit cui nominatim hoc dedit vel lex vel Sctum vel Princeps, quod non requiritur neque fit in iis, quæ sunt mixti Imperii, sed ea semper jurisdictioni coherent, l. quæcumq; i. §. qui mandata in sine l. mandata fin. §. mandata ff. de offic. ejus cui mandata est jurisdic. jureq; Magistratus competunt, d. l. 1. in princ. ff. de offic. ejus. Ideoq; prædictum jus cum sit neq; Jurisdictionis, quæ competit vi & jure Magistratus, neq; mixti imperii mandari nequit, *l. nec mandante 8. in pr. ff. de tut. & curat. dat. quæ tamen omnia mandari possunt, l. more majorum 5. l. solet 16. & l. prætor 17. ff. de jurisdic.* Quamvis improprie eam jurisdictionis, seu jurisdictionis extraordinariæ esse, asseri potest, quia omnes actus legitimi, qualis etiam est tutoris datio, quæ fit à Magistratu *l. actus 77. ff. de R. J. sunt jurisdictionis, l. omnes 2. ff. de offic. pro consul. l. adoptare 1. ff. de offic. juridi. & tutelæ datio ad jus dicentis officium spectat, l. jus dicentis 1. ff. de jurisdic. l. cui eorum 3. ff. de postuland. l. si quis 3. §. sed & § 5. ff. judicatum solvi.**

## XXXVII.

Locum habet hæc tutela (1.) si tutor alius omnino nullus est, neq; testamentarius neq; legitimus *in pr. inst. de Attil. tut. & eo qui ex l. Jul. & Tit. (2.)* Si tutor testamento datus est sub die vel conditione *§. sed et si 1. inst. d. tit. l. si quis 11. ff. de test. tut. (3.)* Quando hæreditas nec dum adita est, *d. §. inst. vers.*



vers. item si pure l. si hereditas 10. in pr. ff. de test. tut. (4.) Si testamentarius ab hostibus captus sit vel alio modo apud eos commoratur, §. ab hostibus 2. inst. d. tit. l. si quis tutor. 15. ff. de tut. l. si pupillus 7. §. si tutor. unic. & l. seq. ff. de tutel. & rat. distrahend. (5.) vel morte præceptus l. Lucius 46. §. cum testamento 6. ff. de administrat. & peric. tut. (6.) vel Reipublicæ causâ jam abest vel mox abfuturus erit, §. item qui 2. inst. de excus. tut. l. non solum 10. in pr. & l. administrantes 41. §. eorum qui 2. ff. de excus. tut. quod tamen ita accipiendum est, si illi antea tutela non delata fuit, aliâs in eorum locum non tutor, quia tutorem habenti tutor dari nequit, l. idem fiet 27. in pr. ff. de test. tut. l. licet 4. C. in quib. caus. tutor. vel curat. habent. nec ipse tutor esse desinit, l. nec ille 16. ff. de tut. vel curat. dat. sed curatur sufficitur, d. §. inst. l. qui tutores 1. C. si tut. vel curat. Reipubl. causa abierit, l. in omnem 15. ff. de tut. vel curat. dat. excepto unico casu, si videl. transmare Reipublicæ causa profectus est, l. verum 11. §. ex facto 2. ff. de minor. vigint. quinq. ann. (7) vel inhabilis sit, l. tutela 1. §. mutus 2. l. complura 17. ff. de tutel. l. agnato 10. §. surdus ff. de legit. tutor. Nec spes est, eum aliquando fore idoneum, cæteroquin curator constituatur, l. non solum 10. §. si quis 8. l. idem Ulpianus 12. in pr. ff. de excus. tut. §. interdum 5. inst. de curat. (8) vel alio justo impedimento, quæ omnia enumerare nimis longum foret, tutor esse nequit, l. in locum 3. C. qui petant tutor. Quæ eadem ferè omnia etiam dicenda sunt de legitimo tutore.

### XXXVIII.

Et dantur tunc tutores à Magistratu tam immonito, l. jus dicentis 1. ff. de jurisd. l. quod dicit 6. C. qui dare tut. vel curat. quàm implorato ab aliis l. in ordinem 1. §. Magistratibus 6. ff. de magist. conveniend. Ad quàm implorationem quidam coguntur, uti sunt primò. Ex causa pietatis & successionis mater, major ænis l. matris 1. & l. si minoris 2. §. alij igitur 1. & seq. ff. qui pet. tut. l. matris 6. l. cum matribus 8. C. eodem, minorennis enim restituitur adversus hoc delictum, l. licet 2. C. si advers. delict. sub hac comminatione, ut, si tutores liberis suis tam

C

natu-





naturalibus quàm legitimis *l. matres ult. C. qui pet. tut. vel curat.* & quidem idoneos moribus ac facultatibus *l. sive ingenua 2. §. ergo 36. & seq. ad Sctum Tertyll. petere neglexerit confestim d. l. si minoris 2. §. 2. ff. qui pet. tut. vel curat. & d. l. sive ingenua 2. §. si mater 23. ff. ad Sctum Tertyll. id est intra annum quemadmodum hoc Imp. Justinianus interpretatur, §. sed quemadmodum 6. inst. de Scto Tertyll. l. sive ingenua 2. §. confestim 43. ff. eodem, quod tempus anni etiam reliquis est præscriptum *l. sciant 10. C. de legit. hered.* & postea ipsi impubes, secus si puberes facti sunt *l. matres 3. C. ad Sctum Tertyll. decesserint, ab omni successione repelli debeat. (2.)* Avia & omnes ij qui ad mortui pupilli successionem vocantur, sub eadem pœnâ privationis hæreditatis sive ab intestato sive ex substitutione pupillari vocantur *l. sciant 10. C. de legit. hered. (3.)* Liberti qui accusati ex his causis apud Præsidem, arbitrariè puniuntur, *d. l. si minores 2. §. alij 1. ff. qui pet. tut. l. patroni 2. C. eodem.* His verò cessantibus, cuilibet alij licitum est, petere pro arbitrio nullâ necessitate cogente, quales sunt, cognati, affines, Parentum Familiars & Amici, Impuberis educatores, *d. l. 2. in pr. ff. qui pet. tut. l. amita 5. l. nepotibus 10. C. eodem.* Creditor patris pupilli *d. l. 2. §. si quidem 3. ff. qui petant tut. item tutores per excusationem à tutela dimissi, d. l. 2. §. an autem 5. vers. qui qualitercunq; l. tutores 39. §. qui se 2. ff. de administ. & peric. tut.**

### XXXIX.

Discendum jam erit de officio Tutoris constituti, postquam dictum est, de singulis tutelæ speciebus causisq; constituentibus, quales sunt Testamentum, Lex, & Magistratus, quod consistit principaliter in curâ, defensione, ac tuitione ipsius pupilli, quod patet ex definitione tutelæ, ubi dicitur, quod sit vis ac potestas IN CAPITE LIBERO &c. non in rebus. Et quod semper personæ nec unquam rebus datur, adeò ut ea datio tota inutilis efficiatur, neque deductis istis rebus sustineatur, §. certe autem rei 4. inst. qui test. tut. dari poss. *l. certarum 12. cum duab. seqq. ff. de test. tut.* Ideoque sollicitus esse



esse debet, de corpore & salute ejus arg. l. consilio 7. in pr. ff. de curat furios. propulsando omnem vim atq; injuriam pupillo illatam, avertendo omnia incommoda, l. tutoris 30. ff. de administ. & peric. tut. De loco pupillo providebit in quo commodè exhiberi ac commorari potest, l. solet 1. & l. si disceptatur 5. ff. ubi pupill. educ. vel morar. quod ut plurimum fiat apud matrem honestam vitam degentem, nisi vitricum superinduxerit, l. educatio 1. C. ubi pupil. educ. vel alium quempiam necessitudine conjunctum suspicionibus minimè obnoxium arbitrio judicis, qui non temerè educatorem eum decernat, qui pupilli successionem sperat, d. l. solet 1. §. & solet 1. ff. ubi pupill. educ. vel morar. deb. l. utrum 2. C. eodem. Alimenta suppeditet, quorum qualitas & quantitas nonnunquam à magistratu constituatur, §. si quis 9. inst. de suspect. tut. l. officio 2. §. modus 1. & seq. ff. ubi pupil. educ. vel mor. l. pupillus 1. & seq. C. de aliment. pupil. prest. summam diligentiam adhibeat, quo vita pupilli benè regatur, moresq; ejus informantur, pietate & literis imbuatur, per Præceptores & alios ministros conductos, l. qui filium 4. ff. ubi pupil. educ. l. cum plures 12. §. cum tutor. 3. & l. tutor. 13. ff. de administ. & peric. tut. Erogationes pupilli nomine honestas ad conservandam existimationem faciat, d. l. cum plures 12. §. nimium 2. & seq. & l. tutor. 13. ff. de administ. & peric. tut. muneraq; solennia mittat, d. l. 12. §. 3. & l. 13. in fine ff. de administ. & peric. tut. Quæ omnia fieri debent pro Patrimonii pupilli, modo & facultate, natalium dignitate, personarum qualitate, l. quod plerumq; 2. C. de aliment. pupil. & potius ex rebus si potis est, quam bonorum alienatione, l. jus alimentorum 3. §. modum 1. ff. ubi pupil. educ. si tamen egenus sit pupillus de suo eum alere tutor non compellitur, d. l. jus alimentorum 3. §. sed si 6. ff. ubi pupil. educ.

X L.

Extinguitur hoc jus tutelæ vel ipso jure, nunquam verò solâ voluntate pupilli, l. tutoris 2. C. quand. tut. vel Curat. si scil. tutor esse desinit per se & tutela expirat, quod fit ( 1. ) Pubertate pupilli id est post annum duodecimum & decimum, quartum de jure civili in pr. inst. quib. mod. tut. fin. l. nisi



fnita 4. in pr. ff. de tutel. & rat. distrab. l. libertum 1. C. de suspect.  
tut. l. si curatoris 1. C. quand. tut. vel curat. esse desin tam in fœe  
minis, quàm in masculis, quamvis olim fominæ quoq; pube  
res erant in tutela. Ulp. tit. 12. de tutel. in pr. quæ in jure cedi  
poterat, & finiebatur conventionem in manum Viri, tute  
laq; vocabatur cessitia item muliebris vel principalis, Ulp. d.  
tit. 5. legitimi tutores 5. 6. & 7. Cujac. lib. 7. observ. cap. 11. quod  
postmodum sublatum est constitutione Constantini arg. l. 3.  
C. de legit. tut. Idem jus civile novum etiam jure Saxonico  
non est immutatum, re verà enim post pubertatem transit  
ipso jure pupillus in curationem etiam si personæ admini  
strantium non mutantur. (2) Qualibet capitis deminutione  
pupilli, §. item 1. inst. quib. mod. tutel. fin. l. si adrogati 14. in pr.  
& §. item 1. ff. de tutel. quia tunc desinit esse caput liberum &  
sui juris tit. inst. de cap. diminut. l. fin. ff. eodem (3) Eventu con  
ditionis, §. sed et si 2. inst. quib. mod. tutel. fin. d. l. si adrogati 14.  
§. fin. ff. de tutel. (4) Tempore præter lapso, §. præterea 5. inst.  
hoc tit. d. l. 14. §. sed et si 3. ff. de tutel. si scil. tutor testamento  
datus sit usque ad certam conditionem vel certum tempus,  
à magistratu enim non nisi purè tutor datur l. tuto 6. §. sub  
conditione 1. ff. de tutel. (5) Morte tam pupilli quam tutoris,  
cum solvatur relatio inter pupillum & tutorem §. simili modo  
3. inst. hoc tit. l. nisi fnita 4. in pr. ff. de tutel. & rat. distrab. (6)  
Maximâ & mediâ capitis deminutione Tutoris, tanquam  
morte civili §. sed & 4. inst. hoc tit. minimâ verò capitis dimi  
nutione legitima tantum extinguebatur, l. si filius 6. & 11. ff. de  
tutel. & rat. distrab. l. tutelae 7. in pr. ff. de capit. minut. quod ta  
men hodie novissimo jure videtur sublatum, Nov. 118. cap. 4.  
& 5. (7) Quando furiosus (8) Vel minorennis testamento  
vel lege datus, compos mentis vel majorennis factus fuerit.  
§. furiosus 2. inst. qui test. tut. dar. l. furiosus 11. ff. de tutel. l. si he  
reditas 10. §. si furiosus 3. ff. de testam. tutel. (9) Si pater amissam  
potestatem per capitis deminutionem quoquo modo recipit,  
l. in questione 13. in pr. §. 1. & 2. C. de sentent. pass. & restitutis. Si  
verò est in hostium potestate tunc non tutor sed curator sub  
stantiæ



stantiæ dari debet, *l. tuto 6. §. ei cuius 4. ff. de tutel. (10)* Cum legitima transfertur ab agnato remotiore in proximiorē, qui adolevit, *l. si tutor 9. si duobus 1. ff. de tutel. & rat. distrab. l. non solum 10. §. penult. de excus. tut. (11)* Secundis nuptiis matris tutricis *auth. sacrament. C. quand. mul.*

XLI.

Vel factio hominis interveniente, videl. magistratus, cuius jussu seu permissu tutela inchoata, *l. libertum 1. C. de suspect. tut. & curat.* deponitur, & tunc ea non tam finita quam abrupta dicenda in alium transfertur ex iustis causis, uti sunt (1.) Dignitas, nimirum si jurisperitus, qui tutelam gerere cepit in consilium Principis est assumptus, *l. jurisperitos 30. in pr. ff. de excus. tut. l. verum 11. §. ex facto 2. ff. de minorib. (2)* Absentia Reipublicæ causâ transmare, *d. l. verum 11. §. ex facto 2. ff. de minor. (3)* Summa egestas ac tenuitas tutoris, ut exindē pupilli substantia periclitetur, *l. pietatis 6. C. de suspect. tut. l. paupertas 7. & l. post suspectam tutelam 40. ff. de excus. tut. (4)* Si tutor sciente & permittente principe domicilium mutaverit ac alio transtulerit *l. idem 11. §. sunt & alij unico ff. de excus. tut. (5)* Morbus fonticus superveniens talis, propter quem quis nē suis negotiis superesse potest, *§. item propter 7. inst. de excus. tut. l. post susceptam 40. in pr. ff. eodem tit. C. qui morb. se excus. (6.)* Si ut suspectus ab officio est remotus, *§. desinunt fin. inst. quib. mod. tut. fin. l. si adrogati 14. §. præterea 4. ff. de tutel. l. pietatis 6. C. de suspect. tut. & curat.*

XLIH.

Ab hoc munere publico non ratione quidem utilitatis sed authoritatis, *in pr. inst. de excus. tut. l. non tantum 17. §. eos qui 2. ff. eodem l. filiusfamilias 9. ff. de his qui sui vel alien. jur. sunt.* Seu civili *l. coloni 8. C. de excusat. tut. delato nondum verò inchoato l. non tantum 17. §. sanè notum 5. ff. de excus. tut. l. tutores 2. C. si tut. vel curat. fast. allegat.* interdum quis se liberare potest, si unam vel alteram justam excusationis causam habet, uti sunt Polypœdia, cum quis Romæ tres, in Italiâ quatuor, in Provinciis quinq; libros superstites habeat, *in pr. inst. de excus. tut.*





tut. l. Sextum decimum 2. §. numerus 2. ff. de vacat. & excus. mu-  
 ner. l. qui ad 1. C. qui numer. liber. Quæ tamen differentia lo-  
 corum in aliis ferè omnibus, excepto hoc casu, sublata est,  
 ex constitutione D. Antonini cognomine Pij l. in orbe 17. ff. de  
 stat. homin. Hodiè tamen numerus trium & quatuor libero-  
 rum non sufficit, neq; etiam quinque liberi ubiq; locorum ex-  
 cusationem præstant, & aliæ tredecim in institutis hoc titulo  
 ordine recensitæ, quibus addi possunt, (15.) Privilegium à  
 Principe concessum corporibus ac collegiis pistorum, menso-  
 rum frumentariorum, cum Respublica horum operâ propter  
 annonam quotidie indigeat, l. mensores 26. l. qui in collegio 46.  
 Fabrorum l. non tantum 17. §. eps 2. ff. de excus. tut. Naviculario-  
 rum l. excusationem 24. C. eodem. Item certis personis, uti sunt  
 Ilienses l. non tantum 17. §. Iliensibus 1. Milites veterani l. sed &  
 milites 8. Athletæ in sacris certaminibus coronati, l. si duas 6.  
 §. Ulpianus 13. ff. de excus. tut. Colonus patrimonialis l. ne ma-  
 gistratus fin. C. qui dare tut. vel curat. poss. qui tamen fere omnes  
 à collegarum, filiorumq; eorum tutelâ excusationem non ha-  
 bent, l. administrantes 41. §. eorum 2. ff. de excus. tut. (16) Cura  
 quædam privata, cum videl. libertus Senatoris patroni ne-  
 gotia gerat, l. ne Senatorum 13. C. de excus. (17) Domicilii ra-  
 tio, cum enim quis ibi domicilium non habet, ubi ad tutelam  
 denominatus est, l. qui in collegio 46. §. sed & 2. ff. de excus. Si  
 verò res quædam in alia provincia sunt, non in totum, sed  
 administratione tantum earum, liberatur, l. non solum 10. §. &  
 qui in testamento 4. l. illud 19. l. propter litem 21. §. licet 2. l. plane  
 42. ff. de excus. tut. l. testamento 11. C. eodem.

XLIII.

Modus & forma excusationis hîc est, ut fiat non viâ &  
 auxilio appellationis, uti in reliquis munerum publicorum  
 excusationibus, l. hi qui 7. l. cives 11. C. de appellat. l. observare 2.  
 C. de decurionibus, sed ut justâ nominatione factâ ipse tutor vel  
 idoneus Procurator ejus, l. ita 5. arg. l. 5. §. quod si 3. ff. de ad-  
 ministr. & peric. tut. per allegationem & contestationem apud  
 competentem judicem l. si curatores 2. C. de excus. tut. eam  
 propo-



proponat, § qui autem 16. inst. de excus. tut. l. scire 13. in pr. & l. Cajus 16. l. tutores 18. C. eodem, aut vivâ voce aut in scriptis d. l. scire 13. § oportet ff. de excus. in modum actionis, non libello supplice l. excusare 25. ff. de excus. tut. arg. l. nec quicquam 9. § ubi decretum 1. ff. de offic. proconsul. cum causæ cognitionem desiderat. Si tamen alicujus excusationes rejiciuntur, tunc demum ab hac sententia ei appellare liceat, l. diximus 4. in pr. l. scire 13. in pr. ff. de excus. tut. l. quanquam 15. l. tutores 18. C. eodem l. cum in una 17. § tutor. 1. ff. de appellat. l. siquidem 1. § si quis 1. ff. quand. appelland. sit & intr. que temp. l. tutor 20. & l. tutores 39. § tutor datus 6. ff. de administ. & peric. tut. l. Romanus 28. ff. de tut. & curat. dat. ab his. Tempus verò legitimum proponendæ excusationis sunt quinquaginta dies continui, à tempore scientiæ computandi, l. scire 13. § multa 1. ff. de excus. tut. § qui autem 16. inst. eodem l. 56. C. eodem, si in eadem civitate, ubi creatus est, habitat, vel intra centesimum ab illa urbe miliare. Si verò ultra centum miliare commoratur, in singulos dies quinq; miliaria germanica ipsi attribuuntur, donec perveniat ad eum locum, & deinde amplius triginta dies quasi ad respirandum super adduntur, d. l. scire 13. § aliud 2. ff. de excus. tut. postea intra quatuor menses favore pupillorum tota disceptatio est peragenda, l. quinquaginta 38. ff. de excus. tut. l. quinquaginta 6. C. eodem. Hoc tempore elapso nemo ad excusandum admittitur, l. testamento 11. C. de excusat. tut. nisi per alium mora facta sit, siquidem mora cuiq; sua nec alterius nocere debet, l. si cum ipse 39. ff. de excus. tut. Interim periculum cessationis, si rejectis allegationibus munus subire compellitur, ad eum spectat, l. si qui 1. & seq. ff. si tut. vel curat. Magistrat. creat. appellat. secus si iis approbatis excusatur, l. tutor 22. C. de excus. tut. Legato tamen in testamento ipsi vel filio ejus adscripto ob id privatur, l. qui tutelam 28. in pr. ff. de test. tutel. l. Nescennius 32. & seqq. ff. de excusat. l. etiamsi 111. ff. de legat. 1. nisi sit filius à patre fratri impuberi cohæres & tutores datus, l. tutor petitus 28. § que tutoribus 1. ff. de excusat.



Hoc excusandi beneficium non tantum competit testamentariis tutoribus & dativis, quemadmodum quidam voluerunt moti, *l. scire 13. in pr. ff. de excus. & §. qui autem 16. inst. eodem* propter verba, SE ESSE TUTORES DATOS, sed etiam legitimis *arg. d. §. 16. inst. l. ad avunculos 1. C. de legit. tut. l. si sororis 9. C. qui dar. tut. vel curat. poss. in Nov. deniq; 118. cap. penult.* disertis verbis expressum reperitur, quod non tantum ad agnatos, sed etiam cognatos tutela pertineat legitima, si modo masculi & pertineat legitima, si modo masculi & perfecta a tatis sine, nec ulla lege prohibeantur tutelam suscipere nec excusatione sibi met competente utantur.

Sequuntur jam personæ quæ tutores dari non possunt, nec volentes admittuntur, indeq; excusatione non opus habent, quales sunt hi omnes, qui consilio suo & operâ pupillo tuitionem ac gubernationem debitam præstare non valent, *arg. l. cum plures 12. §. cum tutor 3. ff. de administ. & peric. tut. & l. consilio 7. in pr. ff. de curat. furios. utpote (1.) Mulier tit. inst. de legit. patron. tutel. in fin. vers. quia si a femina l. tutelam 1. C. quand. mul. tutel. offic. fung. olim ita quidem ut neq; à magistratu, *arg. l. scire oportet 21. in pr. ff. de tut. & curat. dat. ab his qui jus dand. hab.* neque à patre testamento matri utiliter tutela mandari poterat, *l. jure nostro 26. in pr. ff. de test. tut.* sed à Principe interdum filiorum suorum tutelam specialiter impetrabant, *l. femina fin. ff. de tutel.* Quod jus hodiè correctum est & id matribus ac avâis permissum ut liberorum suorum tutelam gerant, *l. matres 2. C. quand. mul. tutel. offic. fung. reliquisque agnatis omnibus præferuntur, auth. matri C. d. tit. Nov. 118. c. 5. si modo S. C. ti Vellejani auxilio & secundis nuptiis renuntiaverit, quibus tamen contractis statim tutela expellitur, Auth. sacramentum C. quand. mul. tutel. offic. Novell. 90. cap. 2. (2.) Minores viginti quinque annis, cujuscunq; sit generis tutela iis oblata, siquidem ipsi alieno auxilio indigere noscuntur §. item major inst. 13. de excus. tut. tit. inst. de fiduc. tutel. in fin. vers.**

ita tamen



*ita tamen l. nemo fin. C. de legit. tut. Nov. 118. cap. 5. (3.) Certo*  
*corporis vitio affectus, ut mutus, surdus, cæcus, arg. l. post su-*  
*sceptam 40. in pr. ff. de excus. l. tutela 1. §. mutus 2. & seq. ff. de tu-*  
*tel. l. agnato 10. §. surdus unic. ff. de legit. tut. l. unic. C. qui morbo,*  
*non verò monoculus l. frater tuus 9. C. de excus. (4.) Perpetuâ*  
*valetudine adversâ detentus, l. non solum 10. §. si quis 8. ff. de ex-*  
*cusat. (5) Furiosus & mente captus, §. furiosus 2. inst. qui testam.*  
*tut. dar. poss. l. furiosus 11. ff. de tutel. l. si hereditas 10. §. si furiosus*  
*3. ff. de test. tutel. (6) Prodigus, arg. l. in cui 6. ff. de verb. oblig.*  
*Aut aliâs propter certas rationes lege prohibentur, uti sunt:*  
*(1.) Servus l. si quis 22. ff. de test. tut. l. in servili 7. C. qui dar. tut. vel*  
*curat. (2.) Creditor vel debitor pupilli jure novo Auth. mino-*  
*ris C. qui dar. tut. vel curat. Nov. 94. secus jure veteri l. credito-*  
*rem 7. C. qui dare tut. l. neq; 7. C. de excusat. Patre, avo, matre,*  
*atque avia exceptis, Auth. ad hæc C. quand. mul. tutel. offic. fung.*  
*pot. (3.) Affectantes tutelam, vel se ingerentes pecuniaq; eam*  
*redimentes l. scire oportet 21. §. semper 6. ff. de tutel. & curat. dat.*  
*ab his qui jus dand. habent. (4.) Persona incerta §. sed nec 27. inst.*  
*de legat. l. tutor 20. in pr. & l. duo 30. ff. de testam. tutel. (5.) Per-*  
*sona Ecclesiastica l. generaliter 55. in pr. C. de episcop. & Cleric.*  
*Auth. presbyteros eodem Nov. 123. cap. 5. (6.) A parente pupilli*  
*specialitèr prohibitus, l. scire 21. §. sed & 2. ff. de tut. & curat. dat.*  
*(7.) Persona turpis l. testamento 17 §. non omnimodo 1. ff. de test.*  
*tutel. (8) Colonus principis l. ne magistratum fin. C. qui dar. tut.*  
*vel curat. poss. (9.) Conductor vectigalium l. unic. C. ne tut. vel cu-*  
*rat. vectig. condoc. (10) Legati, l. scire 21. §. eos 3. ff. de tut. & cu-*  
*rat. dat. ab his. (11) Homines qui sunt alterius territorii & ju-*  
*risdictionis, l. sive 1. §. quod autem 2. ff. de tut. dat. ab his l. extra*  
*fin. ff. de jurisdic. quamvis quidam ex his posterioribus volen-*  
*tes admittuntur.*

#### XLVI.

Cum hætenus demonstratum sit, quatenus Tutela jus  
 est in personam, brevibus quoque ostendendum venit, qua-  
 tenus circa rerum administrationem, tanquam secundarium  
 objectum versatur, potestq; ita definiti tutela administratio.

D

Quod



Quod sit quasi contractus, §. tutores quoq; 2. inst. de obligat. que  
quas. ex contract. l. si quis 5. §. tutela 1. ff. de oblig. & action. quo ob-  
ligatur tutor ad faciendum præstandumq; id non tantum,  
quicquid ad pupillum tuendum, sed etiam res ejus gerendas  
pertinet, l. tutor 7. §. si tutor 1. l. inter tutores 36. l. cum plures 12. §.  
cum tutor 3. & seq. ff. de administrat. tut. instar boni & diligentis  
patrisfamilias, l. generaliter 10. & l. à tutoribus 33. in pr. ff. de ad-  
ministrat. & peric. tut.

XLVII.

Tutor verò hodiè quilibet, siue sit testamentarius siue  
legitimus siue dativus non prius tutelæ administrationem  
suscipere potest, quam si ea à magistratu ipsi sit commissa,  
l. cui eorum 3. ff. de postuland. l. legitimos 5. §. in legitimis 2. ff. de  
legit. tut. quæ non ante decernitur, quam si tutor hæc quatuor  
subsequentia prius, quæ præparatoria appellari possunt, per-  
egerit, arg. l. veteris 13. §. illo unico C. arbitr. tutel. l. cum furiosis  
7. §. at si 5. C. de curat. furios. & prod. l. tutores 24. C. de admini-  
strat. tut. & quidem statim quamprimum id fieri potest post-  
quam cognoverit, se administratorem esse constitutum, l. ge-  
rere §. ex quo 1. l. tutor 7. §. si tutor 1. l. qui jussus 17. ff. de admini-  
strat. & peric. tut. d. l. veteris ult. §. illo 1. C. arbitrium tutel.

XLVIII.

Primò jusjurandum deponat in loco iudicii vel præsen-  
tiâ publicarum personarum de sua fide ac diligentia præstan-  
dâ, in administratione tutelæ, de faciendis scil. utilibus & o-  
mittendis inutilibus, l. cum furiosus 7. §. ad si 5. cum Auth. seq.  
C. de curat. furios. vel prod. l. tutores 14. & l. sancimus ult. §. omnem  
4. C. de administ. & peric. tut. l. de creationibus 27. C. de episcopali  
audientia Nov. 72. in fin. Quod jusjurandum olim remitteba-  
tur his, quorum fides à testatore erat electa & approbata,  
l. fin. §. 6. C. de curat. furios. hodiè verò minimè, propter ordi-  
nat. polit. Caroli V. Augustæ & Rudolphi II. Francofurti edi-  
tam anno 1577. tit. 32. rubric. von der Pupillen vnd minder jâr-  
eligen Kindern/Tutorn vndq Vormunden. verl. item dass er nach  
befohleener verwaltung.





XLIX.

Secundò repertorium seu inventarium, quod est instrumentum, in quo omnium & singularum rerum pupillarum fit descriptio, *l. tutres 24. C. de administrat. tut. vel curat. l. veteris ult. in pr. C. arbitrium tutel vocaturq; interdum Synopsis seu apophasis sive anagraphe rerum pupillarum, l. magis 5. §. imprimis 11. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. sunt, fin. decret. non alienand. vel supponend. l. cum plures 15. in pr. ff. de bon. auctorit. judic. possid. conficiat l. tutor 7. in pr. ff. de administ. & peric. tut. Cujus requisita sunt, ut sub presentia publicarum personarum id est tabulariorum solennitèr fiat, l. tutores 24. C. de administ. tut. vel curat. d. l. ult. §. at siquidem 5. & seq. C. de curat. furios. & prod. (2.) Ut contineat descriptionem & designationem omnium rerum pupillarum claram & specificam, expressis earundem qualitatib. & quantitatibus, signis bonitate, pondere, numero, mensura, confinibus rerum immobilium, & locis *Bart. in l. tut. 24. c. de administ. tut. vel curat.* (3.) Ut addatur locus & tempus hujus descriptionis, *arg. l. scimus fin. §. cum igitur C. de jur. deliberand.* (4.) Ut tutor administrans idem subscribat, *arg. l. 13. C. arbitr. tutel. Auth. si quis C. qui potiores in pign. habentur, Novel. 73. cap. 1. Res pupillo de novo postea acquisitæ, hinc inventario etiam sunt addendæ, d. l. cum furiosus ult. §. tali itaq; 7. C. de curat. furios.* Si verò administrator designatus vel constitutus hoc distulerit vel omninò non confecerit, vel minùs ritè, tenetur de dolo ad interesse, *l. tutor 7. in pr. ff. de administ. & peric. tut. l. veteris ult. §. illo unico C. arbitr. tutel.* Excepto patre bona filii adventitiæ administrante, *l. cum oportet 6. §. non autem 2. C. de bon. liber. in patr. potest. constitut.* Nec remitti hæc inventarii confectio potest, nisi à testatore, *d. l. veteris ult. §. illo 1. C. arbitr. tut. & tunc tamen qualis qualis descriptio bonorum est necessaria, arg. l. si cuius 1. §. rectè autem 4 ff. usufructua. quem cav. Gail. lib. 2. observ. 144 n. ult.**

L.

Tertiò nè pupillorum pupillarumvè bona consumantur, satis det, *in pr. inst. de satisd. tut. l. si nondum 1. C. de tut. vel*

D 2

curat.





Curat. qui satis non ded. datis scil. fidejussoribus idoneis, l. sat-  
tuidictio 1. ff. qui satisd. cogant. vel jurat. promit. l. qui satidare 3. ff.  
de fid. jussor. qui tutorum nomine promittant, rem pupilli sal-  
vam fore, eosdemq; indemnes servari. l. non quasi 4. §. cavetur  
1. l. si plures 12. ff. rem pupil. salv. for. tit. C. de fidejuss. tut. vel cu-  
rat. & tit. ff. de fidejuss. & nominat. & hered. cum non satis est  
pupillo, quod bona omnia tutoris ipsi tacite sint obligata,  
l. pro officio 20. C. de administ. tut. vel Curat. l. si mater 6. C. in quib.  
caus. pign. vel hypothec. tacit. contrah. Ab hac cautione fidejuf-  
soria liberabantur olim tutores testamento dati, quia fides  
eorum & diligentia ab ipso testatore satis probata videbatur,  
d. pr. inst. de satidat. tut. l. non omnium 4. C. de tut. vel curat. qui  
sat. non ded. item tutores ex inquisitione, utpote idonei electi,  
& pr. inst. & l. 4. C. de tut. vel curat. qui sat. non ded. l. bonorum 8.  
ff. de curat. furios. & ali. ext. minor. dand. Quia fides inquisi-  
tionis pro vinculo cautionis cedebat, l. si impuberi 13. §. sed si 2.  
ff. de tut. vel curat. dat. ab his arg. l. ult. §. item rescripserunt ff. de  
administ. rer. ad civit. pertinent. Hodie verò & ii ad præstan-  
dam post decretam tutelam compelluntur, secundum con-  
stit. polit. supra allegat.

L I.

Quartò secundum morem solitum administrationem  
bonorum sibi decerni à judice petere debeat, l. veteris ult. §.  
illo 1. C. arbitr. tutel. l. sciant 10. C. de legit. hered. Gail. lib. 2. ob-  
serv. 107. siquidem alias judex officium suum non impertit,  
nisi imploratus, Idies 4. hoc autem 8. ff. de damno infect.

L II.

Officium ergo secundarium tutoris consistit partim in  
gestione negotiorum pupilli, commodis & utilibus bonis pu-  
pilli faciendis, prohibendis, impediendis & avertendis in-  
commodis eorundem §. cum ergo fin. inst. de attil. tut. l. gerere  
1. §. ex quo 1. l. tutores 39. §. heres 3. l. Titium 47. §. tutores ff. de  
administ. & peric. tut. in conservatione, custodiâ & refectione  
rerum, l. lex 22. in pr. C. de administ. & peric. tut. Animalium  
supervacuorum & rerum tempore periturarum aut deterio-  
rum



tum futurarum distractione, d. l. 22. & l. tutor 7. §. si tutor 1. ff. de administ. tut. pecuniæ indè comparatæ in alios usus utiles collatione, d. l. si tutor 7. §. si post 3. & §. si deponi 7. l. ita autem §. in pr. ff. de administ. & peric. tut. d. l. lex 22. in princ. C. eodem. ne otiosam pecuniam habeat, d. l. tutor 7. si post 3. ff. de administ. & peric. tut. In eo quoque ut actiones ab aliis contra pupillum motas suscipiat, nec indefensum relinquat, l. gerere 1. §. sufficit 2. ff. de administ. & peric. tut. l. sancimus 28. C. eodem l. si quas 1. C. de in lit. dand. cur. debita pupilli exigat ab extranea, l. tutor 22. & l. Lucius Titius 46. §. tutoribus 7. ff. de administ. & peric. tut. l. nomina paternorum 2. C. arbitr. tutel. non verò à contutore suo, l. cum plures 12. in pr. & l. sine herede 32. §. Lucius Titius ult. ff. de administ. & peric. tut. Ita ut periculum horum debitorum ad tutorem spectet. Si cessaverit, aut negligens fuerit in exigendo, l. si tutor 15. ff. de administ. & peric. tut. l. debitoribus 18. C. eodem, & ita ob hanc administrationem planè Domini loco habeatur, l. qui fundam 7. §. si tutor 3. ff. pro emptor. l. vulgò præsumitur 7. ff. de in litem jurand. l. tutor 27. ff. de administ. & peric. tut.

### LIII.

Alienatio quoque rerum ipsi concessa est necessitate vel utilitate pupilli exigente, propriâ authoritate, si tales sint, quæ tempore facilè perire, aut servando servari non possunt, sed vetustate mutantur, l. tutor 22. l. apud Aristonem ult. ff. de administ. tut. l. cum plures 12. §. quæ bona fide 1. ff. de administ. tut. In Reliquarum rerum tam mobilium quam immobilium, quæ alicujus sunt momenti, distractione Prætoris decreto & approbatione opus est, quod tres habet solennitates. (1.) Inquisitionem judicis, an scil. alienationis causa justa sit, & quæ res ex cæteris commodius, minoriq; pupilli incommodo alienari possunt, l. magis puto 5. §. non passim 9. & seqq. de reb. eor. qui sub tutel. vel curat. (2.) Causæ probationem l. lex 22. C. de administ. tut. l. minorum 6. C. de præd. vel aliis reb. minor. l. magis puto 5. §. si es alienum 14. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. sunt. (3.) Ipsius decreti interpositionem, l. magis puto 5. §. si fundus



4. & seqq ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel Cur. Quo omisso alienatio facta non valet, l. si fundus 13. §. quanquam unic. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. l. non omni 16. C. de administ. tut. vel curat. quatenus in rem pupilli versum probatur, d. l. si fundus 13. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. l. si quidem 11. C. de præd. & aliis reb. minor. vel princeps per rescriptum l. illud 2. C. quand. decret. opus non est, vel pater distrahere seu restituere iusserit, aut magistratus, aut in possessionem rerum alius sit missus, l. sed si 3. §. pignori 1. & §. idemq; 3 l. Paulus ult. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. sunt, vel major factus alienationem ratam habuerit, l. si sine 2. & l. si quando 3. C. si maj. fact. alienat. rat. hab.

LIV.

Justæ autem causæ distrahendi sunt, (1.) Si pupillus ære alieno, oneratus aliunde id persolvere non potest, l. magis puto 5. §. non passim 9. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. sunt l. ob as 12. C. de præd. & aliis reb. minor. (2.) Quando cum alio in communione est, & dividere eas res communes necessè habet, l. Imperatoris 1. §. & sunt 1. d. l. magis puto 5. §. communia ult. ff. de reb. eor. qui sub tutel. & cur. (3.) Si pupillo nulla alia bona sunt, nec ulla alia remedia, undè exhiberi potest, d. l. Imperatoris 1. §. & sunt 2. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. sunt, l. pupillus 1. & l. quod plerumq; 2. C. de aliment. pupil. præstand. (4.) Quando alia necessitas inevitabilis similis & evidens utilitas distractionem urget, arg. d. l. 1. §. & sunt 2. ff. de reb. eor. qui sub tutel. & cur. sunt, uti est dotis constitutio, propter nuptias donatio, res judicata, & aliæ istiusmodi causæ, l. curator 52. ff. de administ. & peric. tut. l. si curatores 9. l. lex 22. C. eodem l. prædia. 8. C. de præd. & aliis reb. minor. non alien. Menoch. lib. 2. arbit. caus. 171. n. 52. & seqq.

LV.

Partim consistit administratio in autoritate præstanda in iis, quæ à pupillo geruntur, nihilq; aliud est, quam contestatio & approbatio facta tutoris, de eo quod agitur cum pupillo ab aliquo tertio, l. etiam 3. l. & si 4. l. & si conditionalis 8. ff. de auctor. & consens. tut. tit. C. de auctor. præst. in qua observari



vari debet, (1.) Ut in ipso negotio à tutore præfente interponatur, §. tutor autem 2. inst. de auctor. tut. l. obligari 9. §. tutor penult. ff. eodem (2.) Ut eam expressis verbis declaret, cum silentium seu tacita approbatio, hic ut in aliis quibusdam negotiis, non sufficiat, l. tutela 1. §. mutus 2. ff. de tutel. (3.) Ut purè non sub conditione, etiamsi contractus ipse, qui cum pupillo geritur esset conditionalis, approbatio fiat, l. etsi 3. ff. de auctor. & cons. tut. neglecto verò horum uno, perperam adhibetur auctoritas & perindè est, ac si non fuisset adhibita, l. nulla differentia 2. ff. de tutel. arg. l. quotiens 6. ff. qui satisd. cog. Nec pupillus naturaliter obligatur, nisi quatenus factus est locupletior, §. præterea 3. inst. quib. mod. toll. oblig. l. pupillus 5. in pr. & §. pupillus 1. ff. de auctor. tut. l. quod pupillus 4. & l. naturaliter 13. §. item ult. ff. de condict. indeb. nunquam verò civiliter, d. l. pupillus 5. ff. de auctor. tut. l. naturaliter 13. ff. de condict. indeb. quæ auctoritas necessaria tamen non est, in iis negotiis, in quibus pupillus meliorem facit suam conditionem, in pr. inst. de auct. tut. l. obligari 9. ff. eodem §. nunc admonendi 2. inst. quib. alienar. licet §. pupillus 3. de inutil. stipulat.

#### LVI.

In prædictis omnibus tutor, si quid commiserit, quod erat omittendum, vel omiserit, quod erat faciendum, l. in omnibus 1. in pr. ff. de tutel. & rat. distrab. l. cum plures 12. l. tutores 39. §. hæres 3. tenetur de dolo latâ & levi culpâ l. nomina 2. l. quicquid 7. ut omninò indemnus pupillus servetur, l. qui iussus 17. & l. tutoris 30. ff. de administ. & peric. tut. non autem de levissimâ culpâ: uti quidam propter l. tutoribus 4. C. de peric. tut. & curat. arbitrati sunt, d. legib. & præsertim l. in omnibus 1. ff. de tutel. & rat. distrab. Quæ obligatio etiam ad hæredes tutoris pertinet, l. quamvis 1. & l. etiam 3. ff. de fidejussor. & nominat. & hered. tut. vel curat. l. hæredes 4. C. de hered. tut. vel curat. quamvis ipsi non de levi uti tutores, sed de latâ tantum culpâ conveniri queant, l. hæredes 1. C. de hered. tut. l. non similiter 4. ff. de magist. conveniend.

57. Potest



## LVII

Potest etiam tutor, si officium suum neglexerit, de eoq; suspicio est, cujus justæ causæ sunt, (1.) Dolus in tutelâ commissus *l. tutor 3. §. nunc videamus 5. & §. severus 13. ff. de suspect. tut.* (2.) Lata culpa, *l. impuberibus 7. §. si fraus 1. ff. de suspect. tut.* (3.) Interdum etiam levis *l. tutor 3. §. qui ob segnitiam fin ff. de suspect. tut. l. suspectos fin C. eodem.* (4) Inimicitia cum pupillo vel ejus parentibus susceptæ, *d. l. tutor 3. §. si tutor 12. ff. h. t.* (5) Denegatio alimentorum, *d. l. 3. §. tutor qui ad alimenta, 14. h. t. §. si quis 9. & seq. inst. eodem* (6) Si tutor repertorium non faciat, *d. l. 3. §. 16.* (7) Rusticitas segnitias, simplicitas vel ineptia *d. l. tutor 3. §. qui ob segnitiam fin ff. h. t.* (8) Si cum collegâ rationes administrationis non communicet, *l. actus 19. ff. de administ. & peric. tut.* (9) Si admonitus non administret, *l. preses 3. C. de suspect. tut.* (10) Si citatus ad purgandum se, non compareat, *l. impuberibus 7. §. item si quis 3. ff. h. t.* (11) Tutelæ vel curæ redemptio, *l. omnia 1. §. solent. 7 ff. de offic. Præf. urb. l. tutor 3. §. sed si 15. ff. de suspect. tut.* (12) Si res pupilli sine justâ causâ ipse alienet, *Bart. l. in eos 9 ff. de tutel.* (13) Secundæ nuptiæ matris tutricis *Auth. sacramentum C. quand. mul. tutel. offic. fung. & denique si gra alia justa causa adesset, quæ judicem ad suspicandum commoveat, l. tutor 3. §. si tutor 12. ff. de suspect. tut. Wesenbec. in paratit. n. 7. h. t. potest ut suspectus nondum finitâ tutelâ l. post finitam peult. ff. de suspect. tut. à quolibet accusari §. consequens 3. inst. de suspect. tut. l. hæc clausula 1. §. consequens 6. ff. eodem, vel à judice sine accusatione, si ei liqueat, removeri, l. tutor 3. §. præterea 4. ff. de suspect. tut. Quam suspicionem non tollit satisfactionis oblatio suspecti, §. norissimè 12. inst. de suspect. tut. l. suspectus 5. & l. quia 6. ff. eodem.*

## LVIII.

Tutor verò suspectus remotus à tutelâ, fit infamis ob dolum, §. suspectus 6. inst. de suspect. tut. l. suspectos ult. C. eodem. Existimationem verò suam retinet, si propter morbum aut levem culpam remotus est. Si verò lata culpa tutoris intercesserit, num infamiâ notetur, haud exigua est controversia  
inter



inter juris interpretes, verisimilius autem est, eum non mi-  
nus fieri infamem, si ob latam culpam remotus est, ac si ob  
dolum administratio ipsi sit adempta, quia *in d. §. suspectus 6.*  
*§. l. ult. C. Imp.* dicit, ob dolum remotum fieri infamem, do-  
li verò nomine comprehenditur lata culpa, *l. quod nerva 32 ff.*  
*de posit. l. magna 226. ff. de verb. signif.* non tantum in contra-  
ctibus, sed etiam in delictis, *l. adversus 1. §. hec actio ff. si men-  
sor falsum modum dixerit, arg. l. liberorum 11. §. notatur 4. ff. de  
his qui notant, infam. nisi delictum sit commissum capitale,*  
*l. in lege 7 ff. ad leg. Cornel. de Sicar. l. qui ades 9. ff. de incend.  
ruin. naufrag. &c.*

LIX.

Finitâ demum tutelâ compellitur tutor rationem red-  
dere administrationis suæ *§. cum ergo 7. inst. de Attilian. tut. &  
eo qui ex leg. Jul. & Tit. dab. l. in omnibus 1. §. officio tutorum 3 l.  
actione 2. & l. nisi 4. ff. de tutel. & rat. distrah.* Hodie verò ex  
ordinat. polit. Caroli V. & Rudolphi II. omnes tutores sin-  
gulis annis rationes reddere tenentur, si eæ à magistratu exi-  
gantur, rubric. von der Pupillen vnd minder jârigen Tutoren  
vnd Vormunden. verl. item daß er nach befohlener verwaltung.  
Quod etiam obtinet de jure Canonico, *Clem. quia contingit 2.  
§. ut autem de relig. domib.* Sic quoque jure Saxonico tutores  
cujuscunq; generis sunt, proximioribus, ad quos scil. pupilli  
successio in eventum mortis spectat, quotannis de bonis pu-  
pilli rationes reddere coguntur, *N. Elector. Aug. II. part. 2.*  
Quamvis nostris moribus rarò nisi tutelâ finitâ eæ exiguntur.

LX.

Oriuntur etiam ex tutelâ, tanquam ex quasi contractu,  
duæ actiones. TUTELÆ SCILICET ET DE RATIONI-  
BUS DISTRAHENDIS prior est directa vel contraria vel  
utilis. Directa est; Actio personalis, quæ finitâ tutelâ datur  
adversus tutorem, ut actus sui & administrationis rationes  
reddat. In quam veniunt, omnia ea quæ pupillus dolo vel  
latâ ac levi culpâ tutoris amiserit, vel non acquisierit, *l. in  
omnibus. in pr. ff. de tutel. & rat. distrah. l. nomina l. quicquid 7. C.*

E

arbitr.





arbitr. tutel. l. qui iussus 17. l. tutor 7. §. si tutor 1. ff. de administr. tut. l. de creationibus 27. C. de Episcopal. audient. & ad quæ tutor aliàs obligatus est, ac peti possunt, ex titulis ff. & C. de administr. tut. Est autem hæc actio bonæ fidei, §. actionum 28. inst. de action. & famosa, si quis ob dolum condemnetur, l. Prætoris 1. ff. de his qui notant infam. Actio tutelæ contraria est, quæ competit tutori finito officio contra pupillum, ut indemnis præstetur. Veniunt itaque in hanc actionem, sumptus & impendia in rem pupilli bonâ fide facta, l. contrariam 1. §. hæc actio 1. §. præterea 4. l. quid ergo 3. §. iudicio penult. ff. de contrar. tutel. & util. action. l. si pater 3. C. eodem l. ad litem 4. C. de in litem dand. tut. quamvis contrarium exitum habuerint ea quæ gesta sunt, l. quid ergo 3. §. sufficit 7. ff. de contrar. tutel. & util. action. nihil autem consequitur, si malâ fide aliquid tutor gesserit, l. non est 6. C. de administr. tut. (2) Usuræ sumptuum quoad reddantur, non enim sterilis esse debet, tutoribus pecunia, l. quid ergo 3. §. contrarium 1. & seqq. ff. de contrar. tutel. & util. action. (3) Ea quæ tutor pupillaribus negotiis impeditus lucrari non potuit, quia nemo contra utilitatem suam tenetur pupillo providere, l. videamus 4. in pr. ff. de in lit. jurand. gloss. penult. in l. quicquid 7. C. arbitr. tutel. (4) Ut pupillus ipsum liberet si pro eo, vel se rem suam creditoribus obligavit, §. tutores. 2. inst. de oblig. que quas ex contract. nascuntur l. si tutor ult. ff. de contr. tutel. & util. action. Utilis actio est; Quæ deficientibus prædictis directis propter personæ aut causæ qualitatem, de administratione instituitur, & competit eam minori adversus curatorem, l. si tutela 3. & l. alterius 20. ff. de tutel. & rat. distrab. l. si curator 3. C. arbitr. tutel. ac vice versa curatori scil. adversus pupillum l. contrariam 1. §. sed & 2. C. de contrar. tutel. & util. action. non verò durante sed finita curæ administratione l. adversus 2. & l. rationes 14. C. de administr. tut. item si tutor perperam vel calumniose ab hæreditate paternâ non adeò damnosa abstinuerit, l. cum tutor 18. ff. de tutel. & rat. distrab. Oldendorp. class. 4. action. 31. Item ei qui pro tutore negotia pupilli administravit, l. contrariam 1. §. hæc actio 1. ff. de

contra



contra tutel. & ar. action. Oldendorp. d. class. 4. action. 32. Actio de rationibus distrahendis est, quæ datur adversus tutorem finita tutela in duplüm l. in omnibus 1. §. in tutela 21. l. actione 2. §. hæc actio 2. ff. de tutel. & rat. distrab. de iis rebus quas ex bonis pupilli durante tutela abstulit, d. l. in omnibus 1. §. hunc tamen 22. & ff. de tutel. & rat. distrab. quæ etiam duplex est, directa & utilis. Quibus actionibus non solum ij tenentur qui administraverunt, sed etiam cæteri l. 39. §. 11. ff. de administ. tut. & tutores honorarii, nam ad hos periculum quoque pertinet, l. si plures 3. §. cæteri 2. l. tres tutores 55. ff. de administ. & peric. tut. l. quod si 14. §. sunt quidam 1. ff. de solut.

Ultima.

Cum verò pupillus non tantum personam tutoris obligatam, sed etiam in bonis ipsius jus tacitæ hypothecæ habet, l. tutor 20. ff. de administ. tut. l. rem in presenti unic. §. & ut 1. C. de rei uxor. action. l. cum furiosus 7. §. at si 5. C. de carat. furios. & prod. l. si mater 6. C. in quib. caus. pign. vel hypothec. tacit. contrah. l. pro officio 20. C. de administ. tut. quæ bona etiam alienata cum suo onere & causa transeunt, l. non est unic. C. rem alien. gerent. item alias personas, utpotè hæredes fidejussores, & magistratum sibi obstrictas, ideoq; ultimo loco hic observandus est ordo, quomodo pupillus vel potius jam adultus contra quemlibet experiri potest. (1.) Enim conveniat ipsos tutores eorumq; hæredes tutelæ actione, l. tutela 12. C. arbitr. tutel. l. ex depositi 12. & l. ex contractibus 49. ff. de obl. & action. & ex his priore loco eos qui gesserunt singulos scil. in solidum, l. tres tutores 55. in pr. & §§. seqq. ff. de administ. & peric. tut. Habet etiam pupillus actionem de rationibus distrahendis contra ipsum tutorem, non verò hæredes ejus, l. in omnibus 1. §. hæc actionem 23. ff. de tutel. & rat. dist. cum qua sæpè concurrit etiam actio furti nec manifesti, & condictio furtiva d. l. in omnibus 1. §. hunc tamen 22. cum leg. seqq. ff. de tutel. & rat. distrab. l. tutor 33. ff. de furt. ordinat. crimin. Caroli V. artic. 170. rubric. Straff der jenigen so mit vertrauter oder hincderlegter Haab vngerreten handeln. Item actionem hypothecariam,



riam, qua persequitur bona tutoris à quocunque possessa ut-  
pote tacite ipso jure sibi obligata. Postea contra fidejusso-  
res tutores agere potest actione ex stipulatu, rem pupilli sal-  
vam fore, *l. si cum fidejussoribus 5. & l. si fidejussores 7. ff. de fide-  
juss. & nominat. & hered. tut. & curat.* nec interest utrum illi  
promiserunt, an praesentes tantum non contradixerunt, no-  
mina sua in acta publica referri passi. *l. cum ostendimus 4. §. fi-  
dejussores 3. ff. de fidejuss. & nominat.* Eandem quoque vicem  
sustinent affirmatores, id est, qui idoneos tutores esse affir-  
maverunt, *d. l. 4. §. fin. ff. de fidejuss.* item postulantes nomi-  
nantesq; aliquem in tutorem *l. postulare 2. ff. de fidejuss. & no-  
minat. l. si ipse 1. C. de potior. ad mun. nominand. l. ad subeunda  
46. C. de Decurion. & lib. eor.* Deinde tutores honorarios con-  
veniendi licentiam habet, *l. tutores 39. §. in eum 11. ff. de admini-  
str. & peric. tut.* nec immerito hoc tutelae judicium utile in  
eos conceditur, cum enim sint dati, tanquam observatores  
administrationis & custodes imputabitur eis, quod, dum ma-  
le tutorem gerere videbant, suspectum non fecerint, *l. si plu-  
res 3. §. ceteri 2. ff. de administ. & peric. tut.* Ultimo demum  
loco, facultatibus praedictorum excussis si indemnitas praestari  
nec suum consequi poterit, utilis subsidiaria actio in magi-  
stratum ei competit, non quidem in totum ordinem sed eos  
qui dederunt, quae introducta ex Scto facto auctore D. Tra-  
jano, *l. in magistratus 5. C. de magistr. conveniend. l. in ordinem 1.  
in pr. & l. proponebatur 2. ff. de magistr. conveniend.* Et haeres  
porro eorum eatenus conveniuntur, quatenus dolus aut lata  
culpa arguitur, *l. non similiter 4. l. quod ad heredem 6. ff. de ma-  
gistr. conveniend.* Quod ita verum est de Magistratibus, &  
tunc tantum locum habet, si dolus vel culpa iis imputari  
queat, §. sciendum autem est *inst. de satudat. tut. l. in ordinem 1.  
§. si praeses 3. cum multis seqq. ff. de magistr. conveniend.* Non  
debent ergo casus futuros quos providere non potuerunt  
pupillo praestare, *d. l. in ordinem 1. §. si magistratibus 11. ff. de ad-  
ministr. & peric. tut.*

Et



Et hæc de tutelâ, quamvis prolixius de his, &  
aliis actionibus prædictis affinibus agi posset, dixisse  
hâc vice propter certas rationes sufficiat.



*Ad Hieronymum Georgium ab Osten cognatum &  
contubernalem suum suavissimum.*

**D**UM Themidos potius mavis pia castra sub-  
ire,

Quam rigidi Martis signa cruenta sequi.  
Et quod te dignum est facis, extimulasq; so-  
dales,

Quos vinces studiis sedulitate tuis.  
Inter quos etiam cum me fortuna locarit,  
Ipse mihi merito gratulor ex animo.  
Gratulor atq; tibi sinuosa volumina juris  
Tractanti: & Jhovam supplice voce pre-  
cor,

Numine sacrato nobis dignetur adesse,  
Gratus ei noster possit ut esse labor.

T. T.

Conrad Dietrich von Glotow.

*Nobi.*




**N**obilitas Musis pulchrè comitata coruscet  
Et generis famam provehit artis honor?  
Sit licet hac ævo dolor heu! rarissima nostro  
    At quò rara magis, tam magè cara venit.  
Comprobat hocce tuus Fratrum dulcissime nifus  
    Dum pectus Themidos imbuis amne sacro  
Et TUTELARUM latissima jura resolvit;  
    Enodans legum Sphyngica monstra simul.  
Astræe sudare modò sic perge palestrâ  
    Nobilium fies lucida gemma chori.


Ex fraterni sinceriq; affectus debito  
    gratulabundus apposuit

Henricus Sultman  
    Rostoch,

**SOLI DEO GLORIA.**




















































94 A 7360

94 A 7360

ULB Halle 3  
002 381 974



sb.

Vd 17





spiritu sancto et ceperunt loqui ad  
**A** **S** omnes et omnia que in  
humana dicitur deo allusiva. Eton





50

Collegii nostri Justiniani  
DISPUTATIO II.

*De*

# TUTELIS,

*Quæ*

D. T. O. M. A.

*In Celeberrima VVittebergensi Academia  
Electorali.*

Magnificæ & Amplissimæ Facultatis Juridicæ  
permissu ac consensu.

PRÆSIDE


Dn. JOACHIMO REINEC-  
CIO MAGDEBURGENSI.

*ET RESPONDENTE,*

HIERONYMO GEORGIO von der Osten/  
Nobili Megapolitano.

Ad ventilandum Dominis Collegis proponatur

*Die 19. Februar. horis & loco consuetis.*



WITTEBERGÆ,

Ex Officinâ Typogr. GEORGII MÜLLERI.

ANNO c1o 1o cXXXI.

